

# Urkundenbuch zur Geschichte der mittelrheinischen Territorien (Ed. Beyer) Nr. 230

In nomine sancte et individuae trinitatis. Noverit omnium fidelium tam presentium quam futurorum sollertia qualiter ego theodericus gratia dei archiepiscopus ob interventu fidelium nostrorum videlicet clericorum et laicorum hominibus scilicet famulis s. Petri in potestate pilliaco manentibus cartam confirmationis prediorum suorum et hereditatum quae habuere et possiderunt iure hereditario ab avitis temporibus ob remedium animae meae et succssorum meorum scribere iuberem quod et feci eo rationis tenore ut apostolorum die et dcinceps sine interdictu omnium succssorum nostrorum feliciter teneant fortuna volente possideant fauste successoribus suis quandoque relinquunt et liberam habeant potestatem de predictis prediis inter se donandi vendendi comutandi. Et ut haec carta illis et posteris suis melior et firmior sit sic eam roborare curavi Deodericus gratia dei archiepiscopus.

S Sigiberti corepiscopi

S Liudolfi corepiscopi

S Liuthardi

S Liutfridi

S Wifridi corepiscopi

S Ruotberti corepisc

S Fruodberti

S Richardi

S Winitheri

S Goderammi

S Petri

S Berenhardi

S Udonis

S Sigibodonis

Winibaldus cancellarius..... recognovi